

3335 Miseni repertas esse tabellas eo magis probabile est, quod datae sunt homini domo Misensi. — Aenea tabula [Neapoli] in illustri museo Francisci Antonii Picchiatti regii architecti (v. supra p. 188 c. XXIII) COD. LVGD. Cum Neapoli essemus, in museo Fr. Ant. Picchiatti regii architecti aeneam tabulam inspeximus BELLORI.

intus.

haec pars non extat descripta.

extrinsecus: tabella prior.

IMP · CAES · M · IVLIVS · PHILIPPVS · PIVS · FELIX · AVG
 PONTIF · MAX · TRIB · POT · III · COS · III · DES · P · P · PROC · ET
 IMP · CAES · M · IVLIVS · PHILIPPVS · PIVS · FELIX · AVG
 PONT · MAX · TR · POT · III · COS · DESIGNAT · P · P ·
 IIS · QVI · MILITANTES · SVNT · IN · CLASSE · PRAETOR · PHILIPPI 5
 ANI · SEV · MISENENSE · QVE · EST · SVB · AELIO · AEMILIANO · PR
 OCTONIS · ET · VICENIS · STIPENDIS · DIMISSIS · H · M ;
 QVORVM · NOMINA · SVBSCRIPTA · SVNT · IPSIS · FILISQVE · EORVM
 QVOS · SVSCEPERINT · EX · MVLIERIBVS · QVAS · SECVM · CONCESSA
 CONSVETVDINE · VIXISSE · PROBATE · SINT · CIVITATEM ROMA 10
 NAM · DEDERVNT · ET · CONVB · CVM · ISDEM · QVAS · TVNC · SE
 CVM · HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS · IIS · DATA · AVT · SI · QVI
 TVNC · NON · HABVISSENT · CV · IS · QVAS · POSTEA · VXORES · DI
 XISSENT · DVMTAXAT · SINGVLIS · SINGVLAS · A · D · V · KAL · IAN ·
 IMP · M · IVLIO · PHILIPPO · PIO · FELICE · AVG · COS · DES · III · 15
 ET · IMP · M · IVLIO · PHILIPPO · PIO · FEL · AVG · COS · II · DES · COS
 EX OPTIONE
 T · FL · T · FIL · ALEXANDRO · N · ITAL · D · MISEN · ET · MARC
 PROCVLAE · VX · EI · ET · MARC · ALEXANDRO · ET · FL · MARCO · ET
 VLP · SABINO · AVREL · FAVSTAE · FIL · EIVS 20
 DESCRIPT · ET · RECOGNIT · EX · TABVLA · AENEA · QVE · FIX · EST · ROMAE
 IN · MVRO · POST · TEMPLVM · DIVI · AVG · AD · MINERVAM
 13 CVI-S traditur.

a. 247
 Dec. 28

Imp. Caes(ar) M. Iulius Philippus Pius Felix Aug(ustus), pontif(ex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) IIII, co(n)s(ul) III
 des(ignatus), p(ater) p(atriciae), proc(onsul),
 et imp. Caes(ar) M. Iulius Philippus Pius Felix Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), tr(ibunicia) pot(estate) IIII, co(n)s(ul)
 designat(us)¹⁾, p(ater) p(atriciae)
 iis qui milita[ver]unt²⁾ in classe praetor(ia) Philippian[a p(ia)] v(indice)³⁾ Misense, que est sub Aelio Aemiliano pr(ae-
 fecto), octonis et vicenis stipendis [emeritis]⁴⁾ dimissis h(onesta) m(issione),
 quorum nomina subscripta sunt, ipsis filiisque eorum, quos susceperint ex mulieribus, quas secum concessa consuetudine
 vixisse proba[v]e[r]int⁵⁾, civitatem Romanam dederunt et conub(ium) cum isdem, quas tunc secum habuissent, cum est
 civitas iis data, aut, siqui tunc non habuissent, cu(m) is quas postea uxores d[ux]issent⁶⁾ dum taxat singul[i]⁷⁾ singulas
 a. d. V kal. Ian. imp. M. Iulio Philippo Pio Felice Aug(usto), co(n)s(ule) des(ignato) III, et imp. M. Iulio Philippo Pio
 Fel(ice) Aug(usto), co(n)s(ule) II des(ignato) co(n)s(ulibus)
 ex optione T. Fl(avio) T. fil. Alexandro n(atione) Ital(ico), d(omo) Misen(o), et Marc(iae) Proculae ux(ori) ei(us) et Marc(io)
 Alexandro et Fl(avio) Marco et Ulp(io) Sabino [et]⁸⁾ Aurel(iae) Faustae fil(iis) eius.

Descript(um) et recognit(um) ex tabula aenea⁹⁾, que fix(a) est Romae in muro post templum divi Aug(usti) ad Minervam.

¹⁾ Debit esse COS·II·DESIGNAT; nam hoc anno Philippum filium consulem fuisse itemque designatum in annum insequentem apparet vel ex ipsa tabula. Tribuniciam autem potestatem numerasse eum eo anno duplici computatione aut primam aut quartam demonstravi in *Ephemeride epigraphica* vol. IV p. 180, itaque tradita lectio non est sollicitanda. Renierius autem quod non solum v. 4 IIII delevit, sed praeterea coniectura sua v. 2 pro COS·III·DES scripsit COS·II·DES·III, v. 15 II dedit pro COS·DES·III, v. 16 delevit COS·II·DES, documentum erit quid audeant viri docti et quid peccent. ²⁾ MILITANTES SVNT cum et contra sermonis leges peccet et contra rerum statum (nam hoc tempore eiusmodi privilegia non dabantur iis qui militabant etiamtum, sed finita demum militia) et contra diploma simillimum n. LVI, recte Henzenus (in *ann. Rhen.* 15, 99) emendavit MILITAVERVNT. ³⁾ pro PHILIPPIANI SEV emendavit Borghesius *opp.* 4 p. 193 PHILIPPIANA P V. ⁴⁾ EMERITIS qui descripsit videtur omisisse. ⁵⁾ sic scripsi pro PROBATE SINT. ⁶⁾ DIXISSENT traditur. ⁷⁾ SINGVLIS traditur. ⁸⁾ et addidi. ⁹⁾ malim aerea; haec enim vocabuli forma ea aetate sollemnis est.

Cod. Lugdunensis Q6 versus finem eodemque exemplo Bellori vest. vet. Romae (1673) p. 15. Inde opinor reliqui: Spon misc. 244 e Bellorio; Fabretti col. Trai. p. 70 et inscr. 687, 96 auctorem non indi-

cans; Gori I. Etr. 3, 80; Marini dipl. n. 14 Arv. p. 467; Vernazza dipl. n. 19; Haubold dipl. n. 21; Cardinali dipl. n. 26 p. 277; Renier dipl. p. 51 n. 13; ego vol. III p. 896 n. LIII.